



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno 395. Usque Ad Annum 428

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1759

VD18 90117794

§. 54. Liber de Peccato originali.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66042](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66042)

Sæculum V.
A. C. 418.

§. LIV.

Liber de peccato originali.

In libro secundo ad Albinam, Pinianum & Melaniam S. Augustinus materiam de peccato originali tractat. Ostendit Celestium in Concilio Carthagenensi, anno 412. Doctrinæ de peccato originali apertius adversatum fuisse, quam Pelagium in Concilio Palæstinæ; at vero Pelagium satis clare explicasse, quid sentiret, in libro primo operis sui pro libero arbitrio, ubi dicebat: *Bonum, non malum, quo laudabiles, aut reprehensibiles sumus, non nascitur nobiscum, sed istud Bonum, vel malum a nobis provenit; tam boni, quam mali capaces nascimur, sine vitiis, & sine virtutibus; & ante actum propriæ voluntatis nihil est in homine, quam quod Deus creavit.* Ex hoc solo loco satis probari poterat mala fides, quæ Pelagius anathema dixerit illis, quorum erat opinio, peccatum Adami nemini, nisi ipsi soli, nocuisse, atque infantes eadem conditione nasci, quæ ipse ante peccatum fuisset.

Ap. Aug. de pecc. Orig. c. 13.

c. 13.

S. Augustinus ulterius probat, hæc quæstionem non esse hujusmodi, ut multatenus ad fidem pertineat, quod Pelagius, & Celestius volebant; sed eam omnino Christianæ Religionis fundamentum respicere, cum in eo vertatur, ut sciamus, an JESUS CHRISTUS vere omnium

nium hominum mediator sit, ita ut nemo unquam sine fide in ejus merita, & sine Gratia, quam nobis meritus est, salvari potuerit. Quippe Pelagius tres hominum status in Successione Sæculorum distinguebat, dicebatque, justos primo sub natura extitisse, tum sub lege, & tandem sub Gratia. Quasi vero primi sola natura salutem invenissent, secundi solius legis auxilio, atque Gratia non nisi post JESU Christi adventum fuisset necessaria.

Sæculum V.
A. C. 418.

c. 26.

Tandem S. Augustinus illam Pelagianorum objectionem contra peccatum originale refutat; ex eo secuturum, matrimonium esse malum, atque hominem inde natum, non fore opus Dei. Docet, matrimonium in se esse bonum, & illud, quod in matrimonio est erubescendum, etiamsi id ipsum sit legitimum, effectum esse concupiscentiæ, quæ post primi hominis peccatum supervenit. Sed hanc materiam postea fusiùs tractavit. Cum his duobus libris S. Augustinus ad Pinianum transmisit omnia Acta, quibus Pelagius, & Celestius in Africa, & Romæ damnati.

c. 33.

c. 7. in fin.

§. LV.

S. Augustinus Cæsareæ in Mauritania.

Haud diu post hæc S. Augustinus iter in Mauritaniam, in aliorum quo-

ep. 190. init.
II. Retract.
II. c. 51.

A a a 5

rum-